



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De laudibus sanctissimae matris Annae

Trithemius, Johannes

Mainz, 1494.07.21

Ex a nobis in maxima sit reuerentia habenda xi.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00082758-9

refer ad annam: et p̄ gloria dei liberabit te. **I**mpossibile est eā non obtinere om̄e qđ voluerit. **R**ex celi nepos eius est: nō poterit quicq̄ dulcissime auie sue denegare. **D**as ter dei filia eius est: nō frustra p̄ces ad deū fundere poterit. **T**ota celestis patrie curia annā diligit ut matrē veneratur ut dominā: si qđ a deo postulauerit: oīm sancto rū p̄ces votiuē cōcurrent. **B**eatus homo qui annā cōtinua deuotione ac sedulis p̄cibus habuerit aduocatā.

Quā sancta mater anna ut pijs

lima aduocata in maximo a nobis honore sit habenda.

Cap. xi.

Uanto honore. quātaq̄ reuerētia beatissima anna sit a nobis honorāda. ex iam dictis sufficienter p̄pendimus: quādo in celesti patria ab ipso summo deo et oīm sanctis. tantis et quidē ineffabilibus p̄conijs laudū honoratur. **N**ā si illi sup̄ne patrie ciues in summa iam trāquillitate cōstituti. eam ut dominā potentissimā venerātur et diligūt: quāto magis nos miseri in multis adhuc tribulacōnibus positi eam ut piā patronā inuocare et honorare oportet. **E**nī uero cū maxima reuerentia a nobis colenda est: p̄ cuius patrociniū om̄ia mūdi labentis mala securi possum⁹ euadere. **E**t vere dignis semper venerāda laudibus mater: que redempcōnis nostre ortum: suo clausum sub pectore portauit. **V**erito inquā honorāda est: que nobis dei genitricē sine macula peperit: p̄ quā dei filius mūdo saluator aduenit. **S**icut ergo beatissimā dei parentē veneramur et colimus q̄ nobis redemptorē virgo immaculata peperit: ita et annā honorare nos decet. q̄ matrē nobis saluatoris sine culpa effudit. **N**isi matrē haberem⁹: unde filia puenisset? **N**emo dubitet: nemo fluctuet: nemo cogitacōnibus iniquis estuet: quia nisi anna fuisset sanctissima: in matrē genitricis dei nō fuisset electa. **D**ecebat autē eam que dei matrē erat paritura omni sanctitate fulgere decoratā: quia genitrix nō cuiuslibet virgini⁹ erat futura:

sed illius qua inter creaturas dei puras humanas pu-
rior sanctiorve nulla potuisset inueniri. Erat ergo beatissi-
sima anna ad hoc officium digna ex dei dono: erat digna
ex vite merito: erat etiam digna ex legis testimonio. Digna
inquam fuit dei genitricem parere: que deum super omnia nouerat
amare: que legem eius sine offensione didicerat custodi-
re. Non fuit sanctior illa in israel: que tantis a deo crea-
datur honorata muneribus. **C**ocepit sterilis de semine:
sed absque macula seminis. **C**ocepit inquam sine macula cul-
pe et peperit: anna maria: deuota sanctissimam: beata dei
genitricem. **Q**uis diligit regem: et non honorat eius paren-
tem? **Q**uis diligit mariam: et non veneratur annam? **C**essent
argumenta vanitatis: procul abscedant verba excusatio-
nis: dei filium minus amare conuincitur: qui sanctam annam
non veneratur. **E**rubescat homo corde induratus. et res
probis circa pietatem: qui se dicit matrem dei diligere: et
eius genitricem annam conuincitur non amare. **S**tulta et pidi-
ta presumptio: ut de filie patrocinio sumat fiduciam: qui ho-
norare contemnit eius venerabilem genitricem. **Q**ui enim ma-
trē habet insensam: neque filiam poterit inuenire placatam.
Filia enim diligit matrem: annamque totius celestis curie exerci-
tus veneratur. **S**i annam aduocatam quis habuerit: omnes
in celo sanctos patronos habebit. **D**iligamus ergo ma-
trē fratres charissimi: que nos potest introducere ad con-
spectum dei. **D**eo enim et grata et proxima est.

De festo et commemoratione san-

ctissime matris anne a nobis semp
in honore habendis.

Cap. xii

Enique si annam felicissimam dei genitricis paren-
tem diligimus: si eam honore condigno pro-
sequi volumus: oportet ut festum eius honora-
bile quod est septimo kalendas augusti annua de-
notione celebremus. **N**eque hoc nobis pro deuotione nostra
credamus sufficere: nisi commemorationem eius tanquam pa-
trone singularissime. sepius curemus frequentare. **Q**ui